Programm

des Königlichen

Gymnasiums zu Quedlinburg

für

das Schuljahr von Ostern 1852 bis Ostern 1853.

Womit

zu

den auf den 21. und 22. März festgesetzten

öffentlichen Prüfungen

sämmtlicher Klassen des Gymnasiums

ergebenst einladet

der Director des Gymnasiums

Professor Fz. Richter.

Inhalt: 1) Epistola ad *Ludovicum Breitenbachium* Gymn. Viteb. Subrectorem de critica in Xenophontis Anabasi factitanda. Von Dr. Matthiä.
2) Schulnachrichten vom Director.

Quedlinburg.

Druck und Papier von Gottfr. Basse

1853.

LUDOVICO BREITENBACHIO

S. D.

CONSTANTINUS MATTHIAE.

Quum tibi, Vir amicissime, quindecim fere abhinc mensibus exemplum Anabaseos Xenophonteae a mė editae misissem, tu mihi per literas benevolentiae notis insignes quum alia nonnulla tibi minus probari in libello meo aperte atque ingenue, sicut et tua natura et nostra amicitia postulat, significasti, tum vero maxime ratione te illa offendi, quam in contextu orationis constituendo inierim; vulgatae quam dicunt lectionis me nimis studiosum fuisse, codicum optimorum, Vaticani (H) et Parisini (F), nimis contemnentem, et hos ipsos tamen codices tamquam certissimos duces in Xenophontis oratione conformanda multo etiam confidentius atque constantius quam adhuc fecerint homines docti sequendos esse.

Ita sentire te non ex literis primum tuis animadverti; exstat enim ante omnium oculos positum judicium hac de re illud tuum, quod tribus abhinc annis in annalibus Lipsiensibus [1]) de Hertliniana Anabaseos editione disputans exprompsisti. Ego vero quod, abs te praesertim lacessitus, in rescribendo paulo tardior fui quam pro mutua nostra voluntate, hoc tu ne idcirco factum existimes, quod judicium tuum parvi facerem vel quod cessator esse solerem vel etiam quod me victum arbitrarer neque statim haberem quod contra dicerem. Sed quum hanc totam de critica in Anabasi factitanda quaestionem omnium, qui in scripta Xenophontis incumbunt, communem esse perpenderem quumque fieri posse repularem, ut nova hujus rei pertractatio ad veram atque sinceram Xenophontis orationem restituendam aliquantulum valeret, faciundum putavi ut tibi nunc demum hisce publicis literis responderem.

Atque illud quidem tu mihi facile concedas, nec solum concedas, sed etiam graviter mecum doleas, aureolum illum Xenophontis de Cyri expeditione librum, quo haud scio an nullus discipulis nostris simul et utilior et jucundior lectu inveniatur [2]), tamen nequaquam talem esse, qualem auctor nobis reliquerit, sed plurimis adhuc omnium generum mendis ac vitiis laborare. Vicissim ego tibi facile concedam libros manu scriptos, qui Anabasin continent, auctoritate ac fide non pares, sed partim meliores esse, partim pejores, atque critici esse in textu quem vocant constituendo, quoad fieri possit, meliorum potissimum auctoritate niti. Quin etiam hoc tibi largior, Parisinos FED et Vaticanum

---

[1]) Nov. Annal. phil. et paed. Lips. Vol. LVIII. p. 134 sqq.

[2]) Lectionem Anabaseos magnam partem secundae scholarum nostrarum classi accommodatiorem quam tertiae esse alio loco demonstrare conabor.

H [3]), quibuscum Et V S Y saepissime consentiunt, reliquis libris manu scriptis aliqua certe ex parte praestantiores esse. De his igitur inter nos convenire puto. At enim manent quaedam graviora ac subtiliora, quibus vereor ne animi nostri paululum dissocientur. Quum enim jam de ipsis illis vitiis et nos dissidere sentiam et omnes reliquos, qui in Anabasi interpretanda versantur, magnopere inter se discrepare videam, aliis alia corrupta putantibus, tum illud maxime ambigitur, utrum melioribus istis codicibus tantum sit auctoritatis ac ponderis, ut vulgaris scriptura, licet per se bona ac sana, tamen ubique ex illis corrigenda esse videatur.

Nosti, Vir amicissime, *Dindorfium* quidem hanc ipsam illis libris auctoritatem ac vim tribuisse, ut quodcunque illi offerrent non prorsus ineptum atque insulsum vulgari scriptura expulsa revocaret. Nosti *Bornemannum*, *Dindorfio* paulo prudentiorem, nonnullis certe in locis allucinationes et correctiones, quibus libri meliores affluunt, respuisse, sed in universum tamen eandem ac *Dindorfium* rationem secutum esse. Nosti etiam circumspectiorem fuisse *Popponem*, quippe quem subtilior et accuratior quum Graeci sermonis, tum orationis Xenophonteae scientia non siverit quidquam adsciscere, quod a Xenophontis consuetudine vel omnino a linguae natura ac legibus aliquantulum abhorreret; sed tamen ipsum quoque prae libris istis melioribus, praesertim quum plures conspirarent, vulgatam plerumque scripturam ceteris paribus sprevisse. Nosti *Poppone* rursus minus cautiorem fuisse *Hertlinium*, qui quamvis libris melioribus non tantum tribuerit, ut vulgarem scripturam prae illis penitus repudiaret, tamen in textu quem vocant constituendo ad *Dindorfium* potissimum se applicaverit nec nisi perraro suo judicio atque consilio usus sit. Neque te fugiat nuperum Anabaseos interpretem bilinguem, *Raphaelum Kühnerum*, virum ceteroquin exquisita doctrina subtilique judicio excellentem, *Dindorfio* ac *Bornemanno* longe superatis eo venisse effusae meliorum istorum codicum admirationis, ut vulgatam scripturam prae illis prorsus non flocci faceret et, si a turpissimis mendis atque erroribus discesseris, quidquid illi offerrent, etiamsi ipsi minus approbaretur, tamen, quoniam illi praebebant, lubenti promptoque animo amplexaretur. Sed neque illud ignores, aliam atque hos quos modo memoravi viros doctissimos viam ingressum esse *Carolum Guilelmum Krügerum*, virum summae in literis Graecis auctoritatis; qui quum intellexisset etiam optimos libros manu scriptos saepenumero perquam fallaces esse, vulgarem scripturam non temere ubique abjecerit, sed iis tantummodo locis mutandam duxerit, quibus aut sententiae ratio aut linguae Graecae consuetudo flagitare videretur.

Jam tu horum hominum doctorum cum iis, ni fallor, facis, qui vulgatae scripturae nullam prae melioribus istis codicibus auctoritatem esse censent; ego vero *Krügeri* vestigia persecutus vulgatam scripturam, etiam per se salvam ac sanam, ubicunque codices isti meliores aliam aliquampiam scripturam non prorsus futilem offerant, continuo deserendam esse nego ac pernego. Quo quidem judicio me temere ac caeca quadam libidine neque olim stetisse neque nunc stare facile tibi patescet, si codicum istorum praestantiorum naturam ac dignitatem accuratius mecum examinaveris.

Ac primum quidem talia exempla in adspectum lucemque proferam, ubi quae meliores isti libri praestant prorsus sunt horribilia ac paene monstruosa. I, 1, 9 H *Ἑλλησπόντιαι καὶ πόλεις* pro *Ἑλλησποντικαὶ πόλεις*. — I, 2, 5 F V I 2 Y *ἔπειτα* pro *ἑπτά*, quod notare neglexit *Kühnerus*. — I, 2, 10 H D S2 *στελεγγίδες* pro *στλεγγίδες*. — I, 2, 12 H F E *εἶχε δὲ ἡ Κίλισσα φυλακὴν καὶ φύλακας περὶ αὐτήν* pro *εἶχε δὲ ἡ Κ. καὶ φυλακὴν περὶ αὐτήν*. — I, 2, 20 H *ἐν ᾗ* pro *ἐν ᾧ* (*χρόνῳ*). — I, 2, 21 H *Ταμῶν* pro *Ταμών* [4]). — I, 2, 23 H F E D *εἰς ἦν* (*ἦν*) pro *ἦσαν*. — I, 3, 6 F *οὐ θέ-*

[3]) Semel dictum volo me codices Anabaseos iisdem quibus Bornemannum hic literis insignire.

[4]) Neque hoc solo loco unus alterve e melioribus libris nomen proprium corruptum ac deformatum habet, siquidem e proxima vicinia occurrunt: *Δάρδατος* I, 4, 10, quod est in H F E D pro *Δαράδακος*; *Πατηγύας* I, 8, 1, quod est in F E D, *Πατηγυίας*, quod est in H, *Παντηγύας*, quod est in Et pro *Παταγύας*; *Χαρμάνθη* I, 5, 10.

λεσθε. — I, 3, 14 solus H *ὦ* (sic) *ἐὰν ἔλησθε*, quod tamen *Dindorfio* et *Kühnero* tantum habuit auctoritatis, ut inde efficerent *ᾧ ἂν ἔλησθε*, idque reliquis libris omnibus invitis, qui *ὃν ἂν ἔλησθε* exhibent. — I, 3, 19 H F E Et *ἀπιέναι* pro *ἀφιέναι.* — I, 4, 12 H *ἀπήγγελον* pro *ἀπήγγελλον*, quo turpi vitio codicem H saepissime laborare ne *Kühnerus* quidem potuit quin fateretur; nempe undeviginti in Anabasi loci inveniuntur, ubi praestantissimus iste qui creditur codex tum solus, tum una cum deterioribus libris, semel etiam cum F (I, 7, 8), hunc verbi *ἀγγέλλειν* aoristum ne serioribus quidem scriptoribus certum exhibeat. — I, 4, 15 F E D *φίλοι* et Et *φίλα* pro *φίλον.* — I, 5, 2 H *ἕστασαν*, F E D Et V S Y *ἵστασαν* pro *εἱστήκεσαν* vel *ἕστασαν.* — I, 5, 3 H F E D Et *ἀπέπτα* iidemque paulo post *πέτανται* pro *πέτονται.* — I, 5, 6 H E D *σίγκλων* pro *σίγλων* et *σίγκλος* pro *σίγλος.* — I, 5, 14 F *οἱ ὕστερος* et H F *αὐτοῦ ὀλίγον δεήσαντος* pro *αὐτοῦ ὀλίγου δ.* — I, 5, 16 H *νομίζετε — ἐμὲ κατακόψεσθε* pro *κατακεκόψεσθαι*; nec melius F *κατακόψεσθαι.* — I, 6, 7 F *ὁπότ' ἂν ἔγνως* pro *ὁπότ' αὖ ἔγνως.* — I, 6, 8 H *γενῆσθαι* pro *γεγενῆσθαι.* — I, 6, 10 F V Y *ἔλεγον τῆς ζώνης* pro *ἐλάβοντο τῆς ζ.* — I, 7, 18 H F E Et *εἰ μὴ οὐ μαχεῖται.* — I, 7, 20 H *ἀνατεταγμένον* pro *ἀνατεταραγμένον*, nec melius F E D V S Y *ἀνατετραμμένον.* — I, 8, 1 H *τῶν ἀμφὶ Κῦρον πιστόν* pro *πιστῶν.* — I, 8, 6 H *θώραξι μὲν αὐτῶν* pro *θ. μεγάλοις.* — I, 8, 13 H *μέλλει* pro *μέλοι.* — I, 8, 14 H D Et V S Y *ἐκ τῶν ἔτι προϊόντων* pro *προσιόντων* et F D V S Y *ἀπελαύνων* pro *παρελαύνων.* — I, 8, 16 H F D V Y *ὁ δὲ Κλέαρχος*, ubi sermo est de Xenophonte [5]. — I, 8, 17 H *προῆρχον* (sic) *ἀντίοι ἰέναι* et F D Et *προήρχοντο ἀ. ἰ.* pro *ἤρχοντο ἀντίοι ἰέναι* [6]. — I, 8, 23 H *βασιλεὺς μέσον ἔχων τῆς σαυτοῦ στρατιᾶς* pro *τῆς αὑτοῦ στρ.* — I, 9, 10 H *φίλους αὐτοῖς ἐγένετο* pro *φίλος.* — I, 9, 19 H *ὃ ἐπίστατο αὖθις* et F E D *ὃ ἐπέπαστο αὖ τις* pro *ἃ* (*ὃ*) (*ἐ*)*πέπατο αὖ τις.* — I, 10, 3 H D *ἣν νεωτέρα ἣ ληφθεῖσα* et F *νεωτέρα ἣν ληφθεῖσα* pro *ἡ νεωτέρα, ληφθεῖσα.*

Talia meliores isti libri sana vulgata. Quae partim ineptissima esse, partim omni sensu nudata, partim etiam prorsus monstruosa non est quod pluribus demonstrem. Quod si talia tantum in primo libro Anabaseos forte reperiri credas, scito me reliquis ex libris trecenta hujusmodi alia facili negotio enumerare posse.

Aperte falsa quae meliores isti codices exhibent etiam in his sunt:

I, 1, 11 H F D Et partim *Πεισσίδας*, partim *Πισσίδας*, et sic ubicunque hoc nomen in Anabasi legitur. *Πισίδαι* quidem utrum scribendum sit an *Πεισίδαι*, propter itacismum non liquet (v. p. 5 ad I, 5, 15); at sigma duplex damnandum esse constat. V. *Lionem* ad I, 9, 14 et *Popponem* ad h. l.

I, 2, 1 H F E Et bis *παραγγέλλει*, quum vulgo legatur *παραγγέλλει — παρήγγειλε.* A librariis autem posterius praesens propter ea quae praecedunt praesentia in orationem Xenophontis invectum esse, aoristum autem exquisitiorem ipsi auctori deberi ita in promptu est, ut omnes praeter *Krügerum* vulgarem scripturam deseruisse certe mecum mireris.

I, 2, 2 quum vulgo legatur *τοὺς φυγάδας ἐκέλευσε* (*Κῦρος*) *σὺν αὐτῷ στρατεύεσθαι ὑποσχό-*

---

quod est in H F E pro *Χαρμάνδη; Ἀρτάπου* I, 6, 11, quod est in H Y, et *Ἀρμαπάτου*, quod est in Et S pro *Ἀρταπάτου* vel *Ἀρταπάτα; Δαμαρίτου* II, 1, 3, quod est in H pro *Δαμαράτου; γλουσοθάμων* II, 1, 3, quod est in H F pro *Γλοῦς ὁ Ταμώ; Φαλλῖνος* II, 1, 7, quod hic et postea est in H, et *Φάλυνος*, quod est in F juxta veram formam *Φαλῖνος; Μιλατοκύθης* II, 2, 7, quod est in H Et, et *Μιλαθοκύθης*, quod est in F pro *Μιλτοκύθης; Σιτγάκη* II, 4, 14, quod est in F pro *Σιτάκη.* Cf. *Krüger.* Stud. historico-phil. II, p. 109.

[5]) Clearchum hic nominari non posse res est confessa. At neque Xenophontis nomen hic appositum, imo ab ipso Xenophonte nil nisi *ὃ δέ* perscriptum eique pronomini a librariis demum inconsiderate ac temere Clearchi nomen adjectum fuisse verissima *Bornemanni* et *Kühneri* conjectura est.

[6]) Numerandus hic locus in iis, ubi duae scripturae mixtae sunt, una scriptoris, altera librarii. Scilicet librarius vetustioris alicujus codicis *ἤρχοντο* imperfectum verbi *ἔρχεσθαι* esse opinatus ad illud *ἤρχοντο ἰέναι*, quod hoc modo concoquere non posset, *προήρχοντο* adscripserat, idque in textum irrepserat infinitivo *ἰέναι* relicto.

μενος μὴ πρόσθεν παύσασθαι, πρὶν αὐτοὺς καταγάγοι οἴκαδε, in H F E est *κατάγοι* i. e. *priusquam duceret.* Quod vitium gravissimum a *Bornemanno* rejectum, a *Poppone* devitatum, a *Krügero* profligatum [7]) *Kühnerum* tamen *Dindorfio* male morigerantem restituisse mihi non crederes, nisi in ipsa ejus editione perscriptum legeres.

I, 2, 15 vulgo (*εἶχε*) *τὸ εὐώνυμον Κλέαρχος καὶ οἱ ἐκείνου.* H F E D V1 2 3 et Y *οἱ ἐξ ἐκείνου. Μετ' ἐκείνου, ἀμφὶ ἐκεῖνον, περὶ ἐκεῖνον* omnia tolerarem; *ἐκ* autem in talibus ineptissimum esse nemo non serviliter addictus melioribus istis libris infitiabitur. Neque quisquam eorum, qui Anabasin ediderunt, praepositionem illam mirabilem e prima sequentis vocabuli syllaba ortam in fidem recepit praeter *Kühnerum.*

I, 2, 16 pro vulgato *εἶχον — χιτῶνας φοινικοῦς* H F E Et *εἶχον χ. φοινικίους*, quod vocabulum Xenophonti prorsus insuetum omninoque rarissimum hoc tibi loco improbari certo scio. Et vero solum *Kühnerum* neque Xenophontis consuetudo neque Herodoti (IX, 22) *κιθὼν φοινίκεος* neque grammaticorum veterum testimonium a *Bornemanno* citatum commovere potuit, ut a libris melioribus sese avelleret.

I, 2, 22 H F E D Et V1 S Y pro vulgato *ἐμπλέων* novo vocabulo in linguam Graecam inducto *συμπλέων*. Memorat, non probat, ut falso refert *Bornemannus*, hanc nonnullorum codicum hoc loco scripturam *Schaeferus* ad Greg. Cor. p. 165. Receperunt praeter unum *Ropponem Dindorfius, Bornemannus, Hertlinius, Kühnerus* et, quod vehementer miror, etiam *Krügerus.* Ego vero, quum *ἐν* et *σύν* toties inter se permutentur (v. *Kühner.* ad III, 5, 7), propter unius librarii allucinationem sermonem Graecum vocabulo isto non esse ditandum censeo, nec dubito quin te hac in re assentientem habeam. V. annot. ad p. 13.

I, 2, 27 vulgo *Κῦρος* (*ἔδωκε*) *τὴν χώραν μηκέτι ἁρπάζεσθαι*, quae integra esse non posse patet, siquidem *diripiendi* notio, quae hic requiritur, a simplici *ἁρπάζειν* prorsus abhorret. At etiam vitiosius F E D Et *ἀφαρπάζεσθαι*, quod quum *diripiendi* vi neque unquam usurpetur neque usurpari possit, ab omnibus editoribus, si *Krügerum* exceperis, admissum esse mirari satis non queo. Quin H omnium corruptissime *ἐφαρπάζεσθαι.* Xenophontem scripsisse *ἀναρπάζεσθαι* in editione mea (p. 433) conjeci, idque reponere hoc minus dubitavi, quum *ἁρπάζειν* et *ἀναρπάζειν* etiam I, 3, 14 in codicibus permutata inveniantur. Quodsi malueris *διαρπάζεσθαι*, non refragor, nam etiam hoc permutatum cum simplici *ἁρπάζειν* reperitur I, 10, 3.

I, 3, 14 vulgo *εἷς εἶπε — ἐλθόντας Κῦρον αἰτεῖν πλοῖα.* H F D et E a pr. m. *ἐλθόντα*, quod tam absonum est, id ut nemo non repudiaverit.

Ibid. H F E D Et V S Y *ἡγεμόνα αἰτεῖν, ὅστις* (*αὐτοὺς*) *διὰ τῆς χώρας ἀποίσει*, quod ne *Kühnerus* quidem recipere ausus est, nedum reliquorum, qui Anabasin ediderunt, quisquam hanc ineptissimam scripturam defenderit. Optime vulgo *ἀπάξει.*

I, 3, 21 egregie vulgo scribitur *προσαιτοῦσι δὲ* (*τοῖς στρατιώταις*) *μισθὸν ὁ Κῦρος ὑπισχνεῖται κτλ.* Quam perelegantem et quasi rotundam verborum constructionem, quae multo profecto exquisitior est quam pro ingenio librariorum, foede corrupit ac dissolvit codicum H F E D Y et Aldinae consensio, in quibus sic legitur: *προσαιτοῦσι δὲ* (*οἱ στρατιῶται*) *μισθόν· ὁ δὲ Κ. ὑπισχνεῖται κτλ.* Neque vero quisquam praeter *Dindorfium, Hertlinium* atque *Kühnerum* ab animo suo impetravit, ut hanc puerilem loquendi rationem dignam Xenophonte judicaret. V. *Krüger.* de authent. p. 58.

I, 4, 18 pro vulgato *πλοίοις* H E D *πλοίοισιν*, qua in forma hic agnoscenda paulo celerior

---

[7]) In egregia illa Censura editionum Dindorfianarum, quae primum prodiit in ephem. lit. Hall. a. 1826 et repetita est in *Krügeri* Studiis historico-philologicis II, p. 93 sqq. V. ibi p. 112.

fuit *Heilandius* meus de dial. Xen. p. 19. Recte omnes Anabaseos interpretes *Kühnero* non excepto hujus quidem ionismi rarissima apud Xenophontem vestigia superesse neque codicum auctoritate satis confirmari statuerunt.

I, 5, 2 vulgo editur: *δένδρον δ' οὐδὲν ἐνῆν, θηρία δὲ παντοῖα* [8]), *πλεῖστοι μὲν οἱ ἄγριοι ὄνοι, οὐκ ὀλίγαι δὲ στρουθοὶ αἱ μεγάλαι.* Quinque vitiis hic locus in melioribus libris contaminatus est. Primum in H *μέν* excidit. Deinde in H D Et V S Y articulus ante *ἄγριοι ὄνοι*, quem librarii cum *πλεῖστοι* consociare nescirent, omissus est simulque inverso verborum ordine scriptum *ὄνοι ἄγριοι* [9]), id quod temere imitati sunt omnes praeter *Bornemannum;* v. infra. Tum librariis codicum H F E D Et *οὐκ ὀλίγαι* in *πολλαί* mutare placuit, qua in re *Hertlinium* et *Kühnerum* celerius obtemperantes habuerunt. Post in H articulus ante *μεγάλοι* postrema praecedentis vocabuli syllaba absorptus est. Ad extremum H F E D struthiocamelos mares esse jubent *πολλοὶ στρουθοὶ* (*οἱ*) *μεγάλοι* praebentes, et, quod perlepidum est, Et V S Y hoc imitati *πολλοί* quidem exararunt, sed *αἱ μεγάλαι* e genuina scriptura reliquerunt. Passer quidem vulgaris fere est *ὁ στρουθός*, struthiocamelus autem, si Aristotelem exemeris, qui de Part. Anim. IV, 14 vulgari passeri opponit *στρουθὸν τὸν Λιβυκόν*, apud omnes scriptores, imprimis Aelianum, feminino genere est *ἡ στρουθός* vel *στρουθὸς ἡ μεγάλη*. V. *Papium* in lex. s. v. Xenophontem utique hanc avem feminini generis esse voluisse evidentissimo argumento est *στρουθὸς φεύγουσα* § 3.

I, 5, 8 *ἐκέλευσε* (*Κῦρος*) *τοὺς περὶ αὐτὸν Πέρσας συνεπισπεῦσαι.* Sic vulgo. H F E D Et *συνεπισπεύσειν.* Id vero alienissimum esse hoc loco omnes uno *Bornemanno* excepto perspexerunt.

I, 5, 15 vulgo *ἐν τούτῳ δὲ ἐπεὶ ἧκε Κῦρος καὶ ἐπύθετο τὸ πρᾶγμα, εὐθὺς ἔλαβε τὰ παλτὰ καὶ ἧκεν ἐλαύνων εἰς τὸ μέσον.* Sed H D Et *ἐν τούτῳ δὲ ἐπήει καὶ Κῦρος καὶ ἐπύθετο τὸ πρᾶγμα, εὐθὺς δ' ἔλαβε τὰ π. κτλ.*, ita tamen, ut Et particulam *δέ* post *εὐθύς* vulgari scripturae subveniens omittat et H duobus particulis omissis nil nisi *ἐν τούτῳ ἐπήει Κῦρος* habeat. Est hic locus ex iis, ubi ansam corruptionis dedit itacismus, quo *ἐπεὶ ἧκε* et *ἐπήει καί* simillime pronuntiabantur. Quo depravationis genere nihil frequentius. V. infr. ad I, 8, 6. 13. 19. 22 et quae in editionis meae appendice critica ad IV, 5, 19. V, 7, 7. V, 9, 31 dixi. Ambas autem scripturas integre libereque ponderanti tibi credo persuasum erit non eam, quam libri isti meliores suppeditant, verum eam, quae vulgo legitur, Xenophontem auctorem habere. Illam enim mecum senties mirum quam sapere manum librarii omninoque, ut recte monet *Krügerus*, sic tantum aliquo modo tolerandam fore, si scriptum esset: *ἐπήει* [*καὶ*] *Κῦρος καὶ ἐπεὶ ἐπύθετο τὸ πρᾶγμα, εὐθὺς ἔλαβε κτλ.*, hanc autem illa multo aptiorem, elegantiorem, rotundiorem, exquisitiorem, omnino Xenophonte digniorem esse largieris; neque quemquam in eodem verbo bis deinceps usurpato exemplorum a *Krügero* allatorum memorem haerere arbitror. Quod autem libri meliores pejori scripturae favere videantur, memento codice F, qui omnium meliorum librorum optimus judicandus est, neutiquam illam fulciri.

I, 6, 10 vulgo *μετὰ ταῦτα ἐλάβοντο τῆς ζώνης τὸν Ὀρόντην ἐπὶ θανάτῳ ἅπαντες.* H E D *ἔλαβον*, quod soloecum esse non ignoras. V. *Krüg.* gr. gr. §. 47, 13, not. 2. Sanxit hoc vitium *Dindorfio* duce etiam *Kühnerus*, invitus quidem, sed tamen sanxit. „At," inquit *Kühnerus*, „si Xenophon media forma usus fuisset, sine dubio scripturus fuit: *ἐλάβοντο τῆς ζώνης τοῦ Ὀρόντου.*" Ita vero scripsisset si dicere voluisset, quod hic non aptum et vero etiam ambiguum foret: *prehendebant cingulum Orontis*, sie faßten den Gürtel des Or. Quae sane tritissima dicendi ratio esset. At enim

[8]) Nescio qui factum sit, ut vox *παντοῖα* in editione mea exciderit.

[9]) F E utrum *ὄνοι οἱ ἄγριοι* habeant, sicut *Bornemannus* edidit, an *ὄνοι* omisso solum *οἱ ἄγριοι*, divinare non potui. Certum autem articulum non, ut refert *Kühnerus*, etiam in F E abesse.

dicere voluit Xenophon: *prehendebant Orontem cingulo*, sie faßten den Or. beim Gürtel, quod est *ἐλάβοντο τὸν Ὀρόντην τῆς ζώνης*. V. editionis meae appendicem grammaticam §. 2, 5, a. p. 404.

I, 8, 1 *πᾶσιν ἐβόα, ὅτι βασιλεὺς σὺν στρατεύματι πολλῷ προςέρχεται*, ubi quod HFE praebet *προέρχεται* tutari nemo ausus est. Praepositionum istarum creberrima in codicibus permutatio est.

I, 8, 3 *ἔνθα δὴ πολὺς τάραχος ἐγένετο —. Καὶ Κῦρός τε καταπηδήσας ἐκ τοῦ ἅρματος τὸν θώρακα ἐνέδυ — τοῖς τε ἄλλοις πᾶσι παρήγγελλεν ἐξοπλίζεσθαι*. Vulgaris haec est scriptura. At HFEDEt omittunt *καί*, quod proxima cum antecedentibus conjungit. *Kühnerum* meliorum librorum gratia id imitatum esse non est quod demireris; idem autem fecisse *Popponem* sane quam maxime miror. Ego vero asyndeton, quod omissa ista particula efficitur, tam durum tamque inauditum duco, ut illam, etiamsi in omnibus libris et editis et manu scriptis abesset, illico tamen addendam esse contenderem. *Καί* ut excideret, prima proximi vocabuli syllaba effecit.

I, 8, 6 *Κῦρός τε καὶ ἱππεῖς μετ' αὐτοῦ ἑξακόσιοι (ἐν τῷ εὐωνύμῳ ἕστασαν)*. Sic vulgo, nisi quod ego *τε* pro *δέ* *Krügero* auctore dedi, ut Cyro quoque justus in acie locus attribuatur. V. quae ad ipsum locum in editione mea exposui. Sed duplici praeterea modo haec in melioribus libris depravata sunt. Primum pro *ἱππεῖς μετ' αὐτοῦ* HFEDEt *ἱππεῖς τούτου*. Tibine vero credibile esse videtur pro *τούτου* vel unum librarium nulla cogente necessitate scripsisse *μετ' αὐτοῦ* ac non hoc *τούτου* simpliciter e *μετ' αὐτοῦ* primis literis neglectis (*τ'αὐτοῦ*) corruptum esse? Et Xenophontem, si solemni in talibus formula *μετ' αὐτοῦ* hic uti noluisset, hoc *τούτου* potissimum ac non *αὐτοῦ* usurpaturum fuisse existimas? Itaque optimo jure praeter *Krügerum* etiam *Bornemannus* vulgatam retinuit. Alterum vitium est *οἱ ἱππεῖς*, quod est in solo H pro nudo *ἱππεῖς*. Omnino articulus iste, si *μετ' αὐτοῦ* scripsit Xenophon, sua sponte concidit. Eumque fuisse qui hic reciperent hoc magis mirandum est, quo facilius fieri potuit ut idem itacismus, cui I, 5, 14 *οἱ* ante *ὕστερος* ab optimo codice exhibitum debetur, etiam hic articulum crearet initiali literae sequentis vocabuli *ἰσόφθογγον*. Receperunt tamen *Dindorfius* atque *Hertlinius*.

Ibid. vulgo *ἱππεῖς — ὡπλισμένοι θώραξι μεγάλοις καὶ παραμηριδίοις*. Sed FEDV2 mira dissensione *θώραξι μὲν αὐτοὶ καὶ π.*, similiterque H *μὲν αὐτῶν*. Librarios hic alterutrum scientes ac dedita opera correxisse non est probabile; imo alterum ex altero corruptum esse patet. Si autem linguae leges spectas, librorum meliorum scriptura propter inauditam *μέν* particulae collocationem ipsa sese condemnat. Graecos quidem in collocandis *μέν* et *δέ* particulis non semper orationis membrorum concinnitatem anxie observare inter omnes constat. Sed haec collocatio tamen certa quadam lege adstricta est, abs qua Graeci numquam recedunt, neque inanius quidquam est hyperbato illo, quod Graecis licitum fuisse sibi grammatici nonnulli persuaserunt. Res sic sese habet. Ubi una notio alteri alicui ex adverso ponitur, *μέν* huic ipsi notioni subjungitur, ut in *ἦν καλὸς μέν, μέγας δ' οὔ* IV, 4, 3 et in *ἐξῆγον μὲν οὔ, συνεκάλεσαν δέ* VI, 2, 20. Ubi vero sententia tota alteri alicui sententiae ex adverso ponitur, *μέν* primo plerumque vel alteri eorum ex quibus illa constat vocabulorum adhaerescit [10]), ut in *φιλοσόφῳ μὲν ἔοικας, ἴσθι μέντοι ἀνόητος ὤν* II, 1, 13, quae verba salva sententia etiam sic disponere licebat: *ἔοικας μὲν φιλοσόφῳ κτλ.*, et in *Κῦρος αἰδημονέστατος μέν πρῶτον ἐδόκει εἶναι, ἔπειτα δὲ φιλιππότατος* I, 9, 5, quae etiam sic componi poterant: *Κῦρος πρῶτον μὲν αἰδημ. ἐδ. εἶναι κτλ.*, estque ea usitatior collocandi ratio, quia *πρῶτον* fere in fronte enuntiationis ponitur. Atqui hoc loco, si hujusmodi oppositio esset, non possent nisi hae duae notiones sibi oppositae esse: *αὐτοί* (*οἱ ἱππεῖς*) et *οἱ ἵπποι* § 7. Rectissime igitur *Krügerus*, „Si scriptor," inquit,

[10]) Tenendum est autem, si nomini, cui *μέν* se jungat, articulus vel praepositio antecedat, *μέν* inter utrumque fere collocari, si etiam demonstrativum articulo antecedat, ipsi demonstravo inhaerescere.

„hoc *μέν* (post *θώραξι*) particulae *δέ* § 7 (*οἱ δ' ἵπποι*) opponere voluisset, sic collocasset: *αὐτοὶ μὲν θώραξι.*“ Quare videant qui hoc loco melioribus libris paruerunt, videant *Lion*, *Dindorfius*, *Bornemannus, Poppo, Hertlinius, Kühnerus*, ne Xenophonti obtruderint quod nil est nisi mendum librarii [11]). *Μεγάλοις* hic aptissime addi docuit *Krügerus.*

I, 8, 13 pro vulgato *ἀπεκρίνατο, ὅτι αὐτῷ μέλοι, ὅπως καλῶς ἔχοι* H F E D *μέλει* (H *μέλλει*), quod nemo tuitus est. Turbas etiam hic fecit itacismus.

I, 8, 22 eidem itacismo debetur *ἵν' ᾖ*, quod pro vulgato *ἦν ᾖ* legitur in H F D ab omnibus rejectum [12]).

I, 9, 13 H F E Et pro vulg. *προχωροίη* pessime *προςχωροίη*, quod sensu carere omnes consentiunt.

I, 9, 19 itacismus in causa fuit cur pro optativo *ἄρχοι* in HFE irreperet indicativus *ἄρχει*, quem hic ferri nullo modo posse omnes inter se conveniunt.

I, 9, 24 pro vulg. *οὐδὲν θαυμαστόν* H F E Et *οὐδὲν θαυμάσιον*, quod prorsus absonum esse etiam *Kühnerus* aliique illorum codicum cultores intellexerunt.

I, 10, 6 H F Et V *καί* particula, quae vulgo abest, interposita: *ἐν τούτῳ καὶ βασιλεὺς δῆλος ἦν προςιὼν πάλιν, ὡς ἐδόκει, ὄπισθεν.* Quam scripturam omnes, qui Anabasin emiserunt, comprobasse minus ego quidem miror quam illis etiam *Krügerum* in minore editione se adjunxisse. Nempe *καί* additum volunt, quia etiam Graeci impetum facere parassent. Quod secus est. Clearchus Proxeno adhibito adhuc nil nisi cogitaverat de auxilio castris suis ferendo, non tulerat auxilium. Deliberantibus autem (*ἐν τούτῳ*) Artaxerxes supervenit *copias* a tergo (*ὄπισθεν*) *adducens* (*προςιών*). Quod quum vidissent Graeci, ad eum excipiendum sese accingunt. Patet hinc regem initium fecisse *progrediendi* absurdumque esse dicere: *etiam rex accedebat,* siquidem Graeci se loco suo adhuc non moverant. Ut vero concedam, quod non concedo, *καί* particulam huic loco accommodatam esse, quia „etiam Graeci impetum facere parassent“, rejicienda tamen particula est propter *ὄπισθεν;* nam *etiam* rex accedere *a tergo* sic tantum dici poterat, si praeter regem etiam alius quis a tergo accedebat. Quae quum ita sint, particulam illam sexcenties a librariis aut additam aut omissam hic quidem prorsus damnandam esse censeo [13]).

His quinque et viginti locis e primo dumtaxat libro Anabaseos desumtis e ceteris libris ducentos alios ejusdem generis adjicerem, si id per spatii angustias liceret. Hoc unum addo, in aperte falsis me etiam formas *γίνεσθαι* et *γινώσκειν* numerare, quarum libri isti meliores omnium feracissimi sunt. V. *Kühner.* not. crit. ad I, 10, 12 et ad II, 2, 3. Has quidem formas e scriptoribus Atticis, qui ante Aristotelem viguerunt, radicitus exstirpandas neque libros manu scriptos in talibus ulla auctoritate esse satis mihi videor demonstrasse in Lex. Eurip. Vol. 1 s. *γίγνεσθαι* p. 651 sq. et s. *γιγνώσκειν* p. 660 sq. Neque editorum quisquam barbaras illas formas in Anabasi toleravit praeter *Bornemannum* et *Kühnerum,* quorum posterior, ut modo *ξύν* modo *σύν*, modo *εἰς* modo *ἐς*, modo *μόλις* modo *μόγις*, modo *θᾶσσον* modo *θᾶττον*, modo *θαρσεῖν* modo *θαρρεῖν* modo *Ταρσοί* modo *Ταρσός* et multa hujus modi alia in editione sua pro jussu librorum admisit, sic idem tum *γίνεσθαι* tum *γίγνεσθαι*, tum *γινώσκειν* tum *γιγνώσκειν*, prout libri meliores aut juberent aut vetarent, mirabili ac plane singulari variatione edidit. Idque fecit vir doctus, qui in grammatica Graeca a se edita

[11]) Etiam V, 2, 9 *μέν* mirabili errore ante *ἦσαν* insertum in H F E.

[12]) Ibidem H E Et *ἡμίσει ἂν χρόνῳ*, vulgo cum ceteris codd. *ἡμ. ἐν χρόνῳ*. Quorum ego posterius in editione mea edidi. Nunc autem ambabus scripturis conjunctis *ἡμίσει ἂν ἐν χρόνῳ* scribendum censeo.

[13]) Obiter moneo neque vocabulum *πάλιν* cum *ὄπισθεν* consociari posse. Quod quum codex K illud non offerat. in editione mea *Bornemanno* duce exterminandum duxi.

formarum illarum usum rectissime ita circumscripsit, ut eas partim vulgaris dialecti partim serioris aetatis esse docuerit.

Aperte deteriores meliorum librorum scripturae etiam in his sunt. I, 4, 2 vulgo *ἐπολιόρκει Μίλητον, ὅτι Τισσαφέρνει φίλη ἦν.* H F E D ineptissime *ὅτε*, quod jure repudiarunt *Krügerus* et *Hertlinius.* — I, 5, 3 vulgo *ταῖς πτέρυξιν ἄρασα ὥςπερ ἱστίῳ χρωμένη* i. e. *alis sublatis tamquam velo utens.* F H E D *αἴρουσα* i. e. *alis, dum (eas) tollebat, tamquam v. u.* Prius jure praetulerunt *Bornemannus* et *Krügerus*, praesertim quum Aelianus cum Aristotele eadem comparatione utens *ἁπλώσασα* habeat. — I, 6, 11 vulgo *εἰς τὴν Ἀρταπάτα σκηνὴν εἰςήχθη*, cf. § 10. H F E D Et V S Y *εἰςηνέχθη*, quod *Dindorfio, Bornemanno, Kühnero* ceteris repugnantibus comprobatum esse vix credas. Videlicet Orontem tentorio relicto, ut apud nos maleficos capite damnatos, in carro positum esse fingunt. — I, 7, 15 vulgo *ἦν παρ' αὐτὸν τὸν Εὐφράτην πάροδος στενή.* H F E *παρὰ τὸν Ἐ.*, a *Dindorfio, Hertlinio, Kühnero* citius quam consideratius receptum. Hoc facillime potuit ex illo, non illud ex hoc per negligentiam oriri. — I, 9, 15 vulgo *ὥστε φαίνεσθαι τοὺς μὲν ἀγαθοὺς εὐδαιμονεστάτους, τοὺς δὲ κακοὺς δούλους τούτων ἀξιοῦσθαι εἶναι.* Sic etiam H D Et. At F E V S Y *ἀξιοῦν*, quod, si *Bornemannum* exemeris quid sibi vellet activum non intelligere se fassum, ceteri omnes, etiam *Krügerus*, antetulerunt, *Kühnerus* quidem sic interpretatus: *ut videretur aequum judicare (ἀξιοῦν) fortes esse beatissimos, ignavos eorum servos esse.* Haec meum quidem captum superant. Nimirum Xenophon dicit viros fortes, qui in Cyri exercitu militarent, coram omnibus hominibus amplissimo honore ornatos esse, ignavos autem dignos esse habitos qui illorum servi essent. Hinc patet *ἀξιοῦν* nihili esse. — I, 10, 6 vulgo *τοὺς πρὸς τοὺς Ἕλληνας αὐτομολήσαντας.* H F E D *κατὰ τοὺς Ἑ.* Qua vi *κατά* unquam usurpari demonstrandum erat, priusquam omnes praeter *Krügerum* errori isti album calculum adjicerent. Apertissimum est hoc *κατά* originem debere verbis *κατὰ τοὺς Ἕλληνας* § 7. — I, 10, 16 vulgo *ἐθαύμαζον, ὅτι οὐδαμοῦ Κῦρος φαίνοιτο, οὐδ' ἄλλος ἀπ' αὐτοῦ οὐδεὶς παρήει.* Sic etiam F aliique meliores. Solus H *παρείη*, idque certatim assumserunt *Dindorfius, Bornemannus, Hertlinius, Kühnerus;* quin etiam *Krügerus* recipiendum duxit. Ego vero *παρείη* prorsus improbandum esse existimo, primum quod fieri potuisse nego, ut tot libri optativo antecedente in indicativum inciderent, nisi hic ipsum Xenophontem auctorem habebat, deinde quia saltem *παρίοι* dicendum fuisset, uti jam *Poppo* verissime monuerat; neque enim Graeci mirati esse dicuntur, quod nemo e Cyrianis *adesset*, sed quod nemo *accederet. Kühnero* autem indicativum h. l. ob antecedens *φαίνοιτο* nullo modo ferri posse contendenti primum oppono *Popponem*, virum in grammatica paene habitantem, qui *παρήει* non solum tulit, verum etiam in textum recepit, oppono exempla ex hac ipsa Anabasi simillima IV, 5, 10. V, 6, 3. 9, 16. VII, 8, 21, denique oppono ipsius *Kühneri* annotationem ad I, 3, 14. Scilicet scriptor more suo ex obliqua oratione in rectam transiliens illud, quod e Cyrianis nemo accedebat, tamquam rem non cogitatam, sed veram depingit. *Παρείη* simpliciter per itacismum ex *παρήει* corruptum est, ut § 17 *ἤ — ἤ*, quod est in H F et pejoribus nonnullis libris, ex *εἰ — ἤ*. V. supra p. 5 ad I, 5, 15.

Sed etiam interpretamenta in libris melioribus permulta deprehenduntur [14]). Quod si qui librorum istorum cultor non credat, in primo loco ponam exemplum e libro tertio decerptum, quod vel caeco persuadeat. III, 1, 38 pro vulg. *ὀνῆσαι* H F D Et S *ὠφελῆσαι*, de quo *Kühnerus*, *„interpretamentum,"* inquit, *„videtur esse minus frequentati ὀνῆσαι, sed mirum id interpretamentum occupasse optimos codices."* Non ita mirum tibi videbitur, si horum codicum naturam penitus cognoveris atque perspexeris. Similiter I, 9, 26 pro vulg. *ἄρτων ἡμίσεα* in A est *ἄρτων ἡμίσεις*, quod idem *Kühnerus*

[14]) V. *Krüger.* Stud. historico-philol. II. p. 107 sq.

ceterique omnes rejecere, scilicet quod interpretamentum esse intelligerent. Porro I, 10, 5 pro vulg. *ὡς δ' ᾔσθοντο* H F D V S Y *ἐπεὶ δ' ᾔσθοντο*, quin Et *ἐπεὶ δὲ ὡς ᾔσθ.* Alterutrum ex interpretamento ortum esse sole est clarius; libri autem ubi inter has duas particulas fluctuent, non inusitatius *ὡς*, verum usitatius *ἐπεὶ* usque pro interpretamento putandum esse quum per se intelligitur, tum *Krügerus* observavit in Stud. historico-phil. II, p. 108. Cf. IV, 6, 22. 8, 19 [15]. Pariterque hos locos in melioribus codd. adulteratos puto: I, 2, 16 vulgo *εἶχον πάντες κράνη χαλκᾶ καὶ χιτῶνας φοινικοῦς καὶ κνημῖδας καὶ τὰς ἀσπίδας ἐκκεκαθαρμένας* H F E D Et V S Y *ἐκκεκαλυμμένας*. Et horum quidem alterum ex altero per errorem factum esse nequit. Falsum autem esse quod libri isti meliores habeant ex eo sequitur, quod *ἐκκεκαλυμμένας* ad *κνημῖδας* nullo modo quadrat, hoc autem neque ad praecedentia relegatum ullam explicationem habet. Itaque sic statuo, librarium de tegumentis scutorum detractis sermonem hic esse opinantem interpretationis causa scripsisse *ἐκκεκαλυμμένας*. Vid. not. 22 ad p. 13. Locum nec uti vulgo legitur prorsus integrum sanasse mihi videor in editionis meae appendice critica p. 433. Articulum ante *κνημῖδας* restituendum esse jam *Weiskius* viderat. — I, 3, 6 vulg. *ὑμῶν ἐρημωθείς*. H F E D Et V S Y *ἔρημος ὤν*, quod interpretamentum esse contendo, quamvis *Krügero* contrarium placuisse sciam. — I, 3, 21 vulg. *οὐδὲ ἐνταῦθα ἤκουεν οὐδεὶς ἔν γε τῷ φανερῷ*. F E *ἐν τῷ τότε φανερῷ*, H D Et V 1 2 S Y *ἐν τῷ τότε φανερῶς*, quas interpretationes esse confusas verborum *ἐνταῦθα* et *ἐν τῷ φανερῷ* etiam *Kühnerus* agnovit. — I, 4, 3 vulg. *αἱ νῆες ὥρμουν κατὰ τὴν Κύρου σκηνήν*. H F E D Et V1 *παρὰ τ. Κ. σκ.*, quo evidentius interpretamentum nondum vidi. Receperunt tamen bona fide *Dindorfius, Hertlinius, Kühnerus. Κατά* quid sibi velit, jam dudum perspexerat *Bornemannus*. — — I, 5, 1 vulg. *οὐκ ὀλίγαι στρουθοί*. H F E D Et V S Y *πολλοί στρ.* De genere supra dictum p. 5. Librarios autem saepe ita lusisse, ut formulae neganti ajentem substituerint, scite monuit *Bornemannus*. Pariter Cyrop. I, 5, 2 meliores libri *πάμπολυ* habent pro *οὐ μικρόν Poppone* teste, quem v. ad Cyr. Praef. p. XXVI. Rursus III, 1, 2 pejores sunt codices, qui interpretamentum subdiderint. — I, 7, 3 vulg. *ἧς (ἐλευθερίας) ὑμᾶς ἐγὼ εὐδαιμονίζω*. Sic etiam V et E, nisi quod hic ab aliena manu adjectum habet *ὑπέρ*. Ceteri libri meliores una cum pejoribus *ὑπὲρ ἧς*. Quam praepositionem interpretamenti speciem prae se ferre plerique senserunt, prorsus abjicere nemo ausus est. V. *Krüg.* in ed. min. — I, 9, 5 vulg. *Κῦρος αἰδημονέστατος — τῶν ἡλίκων ἐδόκει εἶναι*. H F D Et V S Y *ἡλικιωτῶν*. Id ad unum omnes amplexi sunt. Quin etiam *Krügerus*, quum in maj. ed. vulgatam jure suo tenuisset, in min. ed. libris melioribus obtemperavit [16]. Recte autem pro interpretamento habuit *Zeunius*, praesertim quum etiam Hesychius *ἧλιξ* interpretetur *ἡλικιώτης*. An tu fieri potuisse existimas, ut quis tritiori formae, qualis est *ἡλικιώτης*, exquisitiorem sufficeret? Cf. Xen. Cyrop. I, 4, 5, ubi idem interpretamentum *ἡλικιώτης* ab aliquot codd. suppeditatur. Adde ejusdem libri I, 4, 25. Plat. Phil. p. 15, E. Phaedr. p. 240, C. Rep. V, p. 464, E. — I, 10, 1 vulg. *τὸ Κυρεῖον στρατόπεδον*. H *τὸ Κύρου στρ.*, quod interpretamentum esse nemo non primo adspectu vidit. — I, 10, 18 vulg. *τὸ στρατόπεδον*. H F Et *τὸ στράτευμα*, quod etsi manifestum esse interpretamentum jam *Hutchinsonus* significaverat, tamen a *Dindorfio, Poppone* et *Hertlinio* receptum esse vix credideris.

Neque aliis alius generis correctionibus meliores libri abstinuerunt. I, 2, 21 vulg. *ὁδὸς — ἀμήχανος εἰςελθεῖν*. H F E D V2 *ἀμήχανον*, quod *Bornemannum* servasse aegre credas. V. *Kühnerum*. — Ibid. vulg. *ἐλέγετο Συέννεσιν εἶναι ἐπὶ τῶν ἄκρων φυλάττοντα τὴν εἰςβολήν*. H F E D S *Συέννεσις — φυλάττων*, quod manui corrigenti assignandum esse luce mihi clarius videtur. Tamen solius *Krügeri* judicium sobrium scripturam subditiciam repudiavit. — I, 2, 22 vulg. *κατέβαινεν εἰς πεδίον*

[15]) Posteriore loco secundum illam rationem in ed. mea scribere debebam *ὡς ἤρξαντο*.

[16]) Dolendum hunc virum eximium, quum in edit. maj. unus omnium verissimam factitandae criticae viam iniisset, in edit. minore, quae a. 1845 prodiit, nonnunquam ad pejora rediisse.

μέγα, καλον καὶ ἐπίρρυτον κτλ. Quae non prorsus sana puto, verum *καί* cum A B G[17]) I K L V3 Y ante *καλόν* interponendum censeo, non quo id necessario requiratur — regulam enim a *Kühnero* ad h. l. tradita quum aliis exemplis rescinditur tum his ex ipsa vicinia petitis (§ 21): *ὁδὸς ἁμαξιτός, ὀρθία καὶ ἀμήχανος εἰςελθεῖν* —, sed quia aptius adest quam abest et vero etiam propter sequentem syllabam facillime excidere poterat. At prorsus necessariam hanc particulam post *καλόν* esse existimo, ita quidem ut quae in H F E leguntur *μέγα καὶ καλόν, ἐπίρρυτον* omnino Graeca esse negem. Neque enim cuiquam persuadebit *Kühnerus* vocabulum *ἐπίρρυτον* hic causam indicare, cur *τὸ πεδίον* appelletur *καλόν*. Imo tria in campo illo laudantur, primum quod *amplus* (*μέγα*), deinde quod *amoenus* (*καλόν*), denique quod *fertilis est;* fertilitas autem paulo accuratius depingitur his: *ἐπίρρυτον καὶ δένδρων παντοδαπῶν ἐμπλέων καὶ ἀμπέλων.* Nimirum *καί* ante *ἐπίρρυτον* deletum erat a librario, cui locus ille Homeri ob oculos versabatur Odyss. 19, 172: *Κρήτη τις γαῖ' ἔστι μέσῳ ἐνι οἴνοπι πόντῳ, καλὴ καὶ πίειρα, περίρρυτος.* Quamquam horum diversissimam rationem esse cuivis inspicienti apertum est; ibi enim duplex appositio verbis *Κρήτη γαῖα* subjungitur, prior *καλὴ καὶ πίειρα*, altera *περίρρυτος.* Male igitur meriti sunt de Xenophonte, qui melioribus hoc loco libris paruere; sunt autem *Krügero* excepto omnes. — I, 2, 23 vulg. *Ταρσούς.* H F E D Et V S Y *Ταρσόν*, quam serioris aetatis formam a librario intrusam esse proximae produnt paragraphi § 25 et 26, ubi bis *Ταρσούς* sine scripturae varietate legitur. Neque quisquam praeter *Kühnerum* illud *Ταρσόν* a Xenophonte esse scriptum professus est. — I, 2, 25 vulgo *προτέρα Κύρου πέντε ἡμέρας ἀφίκετο.* H F E *πέντε ἡμέραις.* „Dativus", inquit *Kühnerus*, „multo frequentior est." Recte vero; sed hac ipsa de causa dativus erat posthabendus, id quod fecerunt soli *Dindorfius* et *Krügerus.* — I, 3, 19 vulg. *ἀπαγγεῖλαι δεῦρο.* H F E *ἀναγγεῖλαι*, quod e § 20 huc delatum esse solus perspexit *Krügerus* Stud. historico-phil. II, p. 110. — I, 5, 2 vulg. *πολὺ τοῦ ἵππου θᾶττον ἔτρεχον* (*οἱ ὄνοι*)· *καὶ πάλιν ἐπεὶ πλησιάζοι ὁ ἵππος, ταὐτὰ ἐποίουν.* H F E D Et V S *τῶν ἵππων ἔτρεχον θᾶττον* ac deinceps *πλησιάζοιεν οἱ ἵπποι, ταὐτὸν ἐποίουν*[18]). Mirum quantum hoc loco libidini suae corrigendi indulserit librarius ejus codicis, ex quo ceteri manavere. Editores quidem ad unum omnes — ne *Krügero* quidem exemto, qui quid hic egerit non comprehendo — singularem hic extrinsecus invectum esse opinantur propter antecedens *τις.* Id vero ut credam nunquam adducar; *τις* enim illud qui de equo, non de homine intelligeret profecto stipitem esse oportebat. Imo in promptu est librarium, qui sub finem hujus enuntiationis plures equos commemorari expenderet omninoque hic ut de pluribus asinis, sic etiam de pluribus equis loquendum esse putaret, singularem *τοῦ ἵππου — ὁ ἵππος* in pluralem mutasse. Quin in his *ἐπεὶ πλησ. οἱ ἵπποι* pluralem ne rei quidem de qua sermo est convenire judico. — I, 5, 6 vulg. *ἑπτὰ ὀβολοὺς καὶ ἡμιοβόλιον Ἀττικούς.* H *Ἀττικόν* manifesta correctione. V. *Kühnerum.* — I, 10, 6 vulg. *τοὺς — πρὸς τοὺς Ἕλληνας αὐτομολήσαντας.* H F D Et *κατὰ τοὺς Ἕλληνας*, quod etsi a librario e proxima paragrapho huc illatum esse perspicuum sit, tamen ab omnibus, si a *Krügero* discesseris, temere assumtum est. — I, 10, 7 vulg. *Τισσαφέρνης — ἤλασε παρὰ τὸν ποταμὸν κατὰ τοὺς Ἕλληνας.* H F D *διήλασε*, quod ad unum omnes probatum voluerunt. Ego vero dubitavi recipere quod non dubito quin librario debeatur, qui propter locum II, 3, 19 vel potius, quia statim sequatur *διελαύνων*, sic corrigendum esse duceret.

Porro ne additamentis quidem libri meliores vacant, id quod multis exemplis comprobavit *Krügerus* Stud. historico-phil. II, p. 108 sqq. E libro primo huc pertinent I, 2, 3, ubi quum vulgo legatur *Πασίων — εἰς ἑπτακοσίους ἔχων ἄνδρας παρεγένετο*, H F E D Et V S Y legi jubent *Πασίων* —

[17]) Hac litera hic brevitatis causa insignio Guelferbytanum.

[18]) Perquam negligens hic in diversitate lectionum indicanda fuit *Kühnerus.*

εἰς τριακοσίους μὲν ὁπλίτας, τριακοσίους δὲ πελταστὰς ἔχων παρ., praeterquam quod nonnulli εἰς omittunt. Haec sine mora melioribus codicibus obedientes tamquam Xenophontea venditarunt *Dindorfius*, *Hertlinius*, *Kühnerus*, quorum postremus ad lectionem istam perversam defendendam mirabilia excogitavit. Prudentius de hoc loco post *Lionem* judicarunt *Bornemannus* atque *Krügerus*. V. etiam *Popponem* ad verba μύριοι καὶ χίλιοι § 9. Quamquam ne vulgata quidem mihi prorsus sana esse videtur. Sic enim sentio, veterem scripturam fuisse, qualem jam divinavit *Krügerus*: Πασίων — εἰς ἑπτακοσίους ἔχων παρεγένετο; ubi ex antecedentibus ὁπλίτας apud animum repetendum esse quum non viderent, alterum librarium addidisse ἄνδρας, alterum minus modestum ea, quae in melioribus libris obtinuerunt. — I, 2, 9 vulg. ἐγένοντο οἱ σύμπαντες ὁπλῖται μὲν μύριοι καὶ χίλιοι, πελτασταὶ δὲ ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους. Quae in H F E D Et V Y horrendum in modum interpolata esse ne *Kühnerus* quidem denegare potuit. — I, 2, 12 vulg. εἶχε δὲ ἡ Κίλισσα καὶ φύλακας περὶ αὐτήν. Sic etiam H F E Y, sed infertis verbis [καὶ] φυλακήν. Quamquam haec quidem invito librario in ipsum contextum irrepsisse concedo. — Pariter I, 3, 6 inter ἄν et εἶναι τίμιος in H F E D Et intersertum οἶμαι, quod ab ipso Xenophonte adjectum *Dindorfius*, *Hertlinius* et *Kühnerus* non credidissent, nisi nimia illorum librorum gratia tenerentur. — I, 5, 14 vulg. ὀλίγου δεήσαντος. Quibus in H F E D αὐτοῦ praefixum est [19]), quod etiam in G secunda manus adjecit quodque receperunt ad unum omnes. Est autem si quidquam a librario interpolatum. Αὐτοῦ non esse necessarium quum alia exempla docent tum IV, 8, 5. — I, 9, 14 vulg. τούτους καὶ ἄρχοντας ἐποίει — καὶ ἄλλοις δώροις ἐτίμα. V Y ἔπειτα καὶ ἄ. δ. ἐτ. H F E D Et ἔπειτα δέ καί κτλ. Editorum solus *Krügerus* hanc ineptissimam meliorum codicum scripturam spreverat, modo ne in minori editione probandam duxisset. Quam qui defendere et expedire studuerunt, tam mirum in modum argutantur, ut, si revera talibus argutiis ad explicandum illam opus esset, eam hac sola de causa quippe a simplici atque dilucida Xenophontis oratione abhorrentem condemnandam arbitrarer. Corruptus est locus uti in melioribus libris, non uti vulgo legitur. Atque id quidem certissimum puto, ἔπειτα δέ hic neque omnino locum habere posse neque ullo pacto posse opponi illi πρῶτον μέν, quod paulo ante legitur. Imo mihi nihil verisimilius esse videtur, quam librarium, ut πρῶτον μέν haberet quo referretur, hic, alienissimo quidem loco, ἔπειτα vel ἔπειτα δέ inseruisse. Neque est cur illo πρῶτον μέν nec ἔπειτα nec simili particula sequente magnopere offendaris. Sic enim statuo, Xenophontem omnino primo tantum Cyri bello pro exemplo uti voluisse, quo comprobaret id, quod antea generatim dixerat: τούς γε μέντοι ἀγαθοὺς εἰς πόλεμον ὡμολόγητο διαφερόντως τιμᾶν. Μέν autem hic vi sua propria usurpatum, qua fere idem est quod μήν; de quo particulae usu copiosius disserui in Programmate Gymnasii nostri a. 1845. p. 3—5. Cf. editionis meae indicem p. 332 et *Krügerum* ad I, 7, 6 ed. min.

Haec exempla quamquam e ceteris libris ingenti numero augere possum, tamen unum praeterea e secundo libro delibasse satis habebo. II, 1, 6 vulg. τὸ στράτευμα ἐπορίζετο σῖτον. H F Et σῖτον καὶ ποτόν, quae in V Y sic sunt corrupta: σῖτον καὶ τοῦτον. Ad hunc l. *Kühnerus*, „Utrumque", inquit, „additamentum jure ineptum judicat *Dindorfius*, qui comparat IV, 5, 8, ubi etiam ἢ ποτόν additum est."

Additamentis contrariae sunt lacunae. Et his quidem meliores libri propemodum affluunt. V. *Krügerum* ad VI, 1, 1 ed. maj., ad IV, 2, 3 ed. min. et impr. in Stud. historico-phil. II, p. 112—114. In primo libro fere hae sunt certae illae quidem atqui indubitatae. I, 3, 7 οὐ ante φαίη om. H F E D. — I, 3, 11 in H undecim duodecimve verba desunt. — I, 3, 14 H F E D om. ὡς ante διὰ φιλίας, cf. IV, 1, 8. — I, 3, 19 H F E Et om. ἄν post ἑπόμενοι. — I, 4, 5 οὖν post ταύτης om.

[19]) Hanc scripturae discrepantiam neglexit *Kühnerus*.

HFEDEtV. — I, 4, 15 quatuor verba in H desunt. — I, 5, 1 H om. μέν post πλεῖστοι. — I, 5, 11 duodecim verba desunt in H. — I, 5, 12 HF om. τόν ante Κλέαρχον. — I, 9, 6 H om. φανεράς. — I, 9, 18 H om. δή.

An haec fortuita esse putas nec nisi in primo libro obvias? Agedum quintum librum evolvamus. V, 1, 2 in HFD deest vocabulum καθεύδων, in Et adeo septem vocabula desunt. — V, 1, 7 in HFEt octo vocabula desunt. — V, 2, 3 FE om. ἦν. — V, 2, 5 in HFEDEtN desunt Φιλόξενος Πελληνεύς, in Et etiam Στυμφάλιος, in HFEEt paulo post ἄλλος. — V, 2, 26 HFE om. ἦσαν. — His si etiam plura desideras, plura facile invenies reliqua capita perlustrans.

Nihil autem in libris melioribus magis est pervulgatum ac paene quotidianum, quam mutatus verborum ordo. At enim, inquies, hic ipse verus est verborum ordo et ab ipso Xenophonte profectus, quem libri illi nobis conservarunt; in pejoribus mutatus. At sic sentire plerosque editorum et in hac quoque re melioribus istis codicibus submisse ac fideliter servire non ignoro. Nec refragarer, nisi multi loci obstarent, ubi in his ipsis libris melioribus mutatum esse verborum ordinem haud levibus argumentis ac rationibus efficitur. I, 10, 18 vulg. εἴ ποτε σφοδρὰ λάβοι τὸ στρατόπεδον ἔνδεια. HFEt εἴ π. σφ. τὸ στράτευμα λάβοι τ ο ἔνδεια. Fraudem hic detegit syllaba το verbo λάβοι agglutinata. Xenophon videlicet scripserat λάβοι τὸ στρατόπεδον. Mutato autem verborum ordine articulus optativo λάβοι adhaeserat. Et medium quidem hic omni sensu carere omnes consentiunt. Verborum tamen ordinem a librario inversum *Dindorfium*, *Popponem* et *Hertlinium* non modo non rejecisse, verum etiam sanxisse profecto est quod admireris. Cautiores hic juxta *Krügerum* fuerunt *Bornemannus* atque *Kühnerus*. — Similiter II, 3, 4 vulg. ἐπεὶ δὲ πρὸς τοῖς ἀγγέλοις ἦσαν, ἠρώτα, τί βούλοιντο. HFDEtVSY ἐπεὶ δὲ ἦν πρὸς τοῖς ἀγγ., ἀνηρώτα τί β. HFDY praeterea post ἀνηρώτα interponunt πρῶτα, quod Et demum post βούλοιντο habet. In his meliorum librorum scripturis tria sunt, quae paululum dubitationis injiciant: primum quod simul cum ordine vocabulorum etiam verbi numerus mutatus est (ἦν — ἦσαν); deinde quod iidem libri, qui verbum ἦν sub frontem enuntiationis ponunt (ἐπεὶ δὲ ἦν), verbo ἠρώτα etiam ἀνά praefigunt, quod hic non aptum; denique quod iidem libri πρῶτα addunt, quod prorsus est otiosum. Et πρῶτα quidem ex terminatione verbi ἠρώτα ortum esse recte suspicatus est *Kühnerus*. De reliquis autem sic sentio, Xenophontem scripsisse uti vulgo legitur: ἐπεὶ δὲ πρὸς τοῖς ἀγέλοις ἦσαν, ἠρώτα, librarium autem pro ἦσαν ἠρώτα per errorem sic legisse: ἦν ἀνηρώτα eaque mutato deinceps verborum ordine obtinuisse. — Porro III, 1, 1 vulg. ἐν τῇ ἀναβάσει τῇ μετὰ Κύρου. HFDEt ἐν τῇ Κύρου ἀναβάσει; ubi recte *Poppo*, „Vulgatum," inquit „tuentur V, 1, 1. VII, 1, 1". Neque hic quisquam praeter *Kühnerum* meliorum librorum potestati sese permisit. — I, 8, 26 vulg. egregie ὁρῶ τὸν ἄνδρα; at HFVY perverso ordine τὸν ἄνδρα ὁρῶ, quae omnibus editoribus, si *Krügerum* exemeris, comprobata esse videns non multum abfui quin obstupescerem. Docet hic locus, quantum intersit, quo ordine verba, ut suam quodque vim habeat, collocentur. V. *Krügerum* in Stud. historico-phil. II, p. 115. — I, 1, 9 vulg. optime Κλέαρχος ἦν Λακεδαιμόνιος, φυγάς. At HFE Κλ. Λακ. φυγὰς ἦν; quam verborum collocationem admitti non posse frustra demonstraverat *Krügerus* l. c. p. 117; nam ab *Hertlinio* et *Kühnero* posthac revocatam vides *Dindorfium*, *Bornemannum* et *Popponem* secutis. — I, 9, 18 vulg. τοιγαροῦν κράτιστοι δή. FE τοιγαροῦν δὴ κράτιστοι, quod prorsus damnandum esse sponte intelligitur. — II, 3, 22 vulg. ἐπεὶ μέντοι ἤδη ἑωρῶμεν αὐτόν. H ἐπεὶ μέντοι αὐτὸν ἤδη ἑωρῶμεν. F ἐπεὶ μέντοι ἤδη αὐτὸν ἐνεωρῶμεν, itemque sex e pejoribus libris, praeterquam quod ἑωρῶμεν habent. Vulgatum hic ordinem et suavissimum et aptissimum ideoque solum Xenophonte dignum, contra eum, quem meliores codices offerunt, mirum quam absurdum et aures offendentem omninoque ne Graecum quidem esse omnes, quibus aures sunt teretes, consentient. His expositis probabile esse concedes ve-

terem ac germanum verborum ordinem etiam alibi in libris melioribus mutatum esse. Est autem, si ab exemplis jam tractatis discesseris, in his triginta primi libri locis mutatus: I, 1, 9 [20]. I, 1, 10. I, 2, 1. I, 2, 6. I, 2, 22. I, 2, 27. I, 3, 11. I, 3, 12. I, 4, 5. I, 4, 15. I, 5, 2 bis. I, 5, 5. I, 5, 8. I, 5, 13. I, 6, 6. I, 6, 11. I, 7, 2. I, 7, 4. I, 8, 20. I, 8, 28. I, 9, 2. I, 9, 10. I, 9, 15. I, 9, 24. I, 9, 25. I, 9, 31. I, 10, 1. I, 10, 6. I, 10, 17. Quos locos si sine odio atque invidia neque codicum auctoritatis ratione habita inter se comparaveris, plerosque ita comparatos esse dispexeris, ut vulgatus verborum ordo tum propter numeros tum propter sententiam potior sit eo, quem duo vel tres illi meliores libri exhibeant. Huc accedit, quod, quum in melioribus libris frequentissima pariter atque apertissima interpretationum correctionumque vestigia compareant, deteriorum librorum familia et vulgaris scriptura, quae in verborum serie constituenda plerumque consentiunt, licet mendis omnium generum affluentes tamen non tales sunt, in quibus saepe manum scriptoris corrigendi avidam deprehendas.

At enim vero paulo cupidius nec sine caeco quodam meliorum librorum odio agere viderer, si tot vitiis notatis atque perstrictis virtutes illorum manifestas silentio praeterirem. Scito igitur tantum abesse ut codices illos perversa quadam ac temeraria opinione praeoccupatus nihili faciam, ut eos in his libri primi locis sine controversia germanam scripturam conservasse laeto ac lubenti animo confitear: I, 2, 6. I, 2, 20 bis. I, 2, 22. I, 3, 11. I, 4, 5. I, 4, 7 bis. I, 5, 15 bis. I, 7, 4 bis. I, 7, 14. I, 8, 20. I, 8, 29. I, 9, 3. I, 9, 5. I, 9, 10. I, 9, 22. I, 10, 8. Inter quos locos duo sunt (I, 4, 7. I, 8, 29), ubi meliorum librorum ductum detrectavisse me dudum poenituit.

Sed jam satis mihi videor iis, quae adhuc disserui, demonstravisse, qualis meliorum istorum codicum dignitas sit atque natura. Quae si tu, Vir amicissime, cum animo tuo consideraveris, si codices illos, quales in primo Anabaseos libro esse ostendi, tales per totam Anabasin sese praebere vel mea fide credideris vel tuis oculis videris tibique persuaseris eos non solum erroribus omnium generum ac mendis, ne turpissimis quidem exceptis, redundare, verum etiam interpretamentis, addidamentis, lacunis refertos esse inprimisque insignem quandam scriptoris corrigendi libidinem prae se ferre, quae quum in aliis innumerabilibus tum in eo cernatur, quod verba scriptoris saepissime ordine ad arbitrium mutato reddant; si porro memineris vulgarem quam dicunt scripturam longe in plurimis ex iis quos pertractavi locis pro germana ac vera habendam et vero per totam Anabasin persaepe omnibus codicibus potiorem esse [21], ut hujus quidem scripturae auctorem, *Stephanum* dico, in oratione Xenophontis constituenda praestantissimo codice posthac deperdito non solum perdocte, verum etiam prudenter diligenterque usum fuisse appareat; si haec omnia accurate atque attente expenderis: necesse est primum hoc mihi concedas, codices istos meliores qui dicuntur recte quidem sic dici cum ceteris comparatos, quos paulo etiam mendosiores esse constat, at per se ipsos neutiquam eos esse, quibus magnopere confidas, neque ulla ratione optimis illis aliorum scriptorum codicibus conferendos esse, quales sunt Urbinas Isocratis, Laurentianus A Sophoclis, Parisiensis A Euripidis, Vaticanus Ciceronis orationum Philippicarum, Mediceus Ciceronis epistolarum et alii permulti [22]. Hinc sponte

[20]) *Kühnerus* h. l. scripturae varietatem neglexit.

[21]) Ut unum hic exemplum ex innumerabilibus depromam, I, 9, 19 omnes codd. et meliores et deteriores partim *ἐπίστατο*, partim *ἐπέπαστο*, partim *πέπαστο*, partim *πέπαυστο*; sola vulgata *πέπατο*, quod ab omnibus receptum est, nisi quod nonnulli augmentum nulla necessitate cogente praefixerunt.

[22]) Mihi quidem certissimum est quattuor illos libros meliores, F E D H, ex uno omnes codice vetustiore transcriptos esse horumque ex uno rursus Et V S Y maximam partem fluxisse, ejus autem codicis ex quo libri illi manaverint librarium fuisse virum eruditum quidem et ingeniosum, sed qui in transcribenda Anabasi ingenii sui libidini mirifice indulserit, ita ut liber ejus manu exaratus eodem plane loco ac numero habendus sit quo codex Mutinensis Isocratis et Parisinus S Demosthenis, de quo *Guil Dindorfius* Praef. ad Dem. p. I: „Caute

consequitur, idque est alterum, quod tibi concedendum erit, libris illis melioribus non esse utendum nisi cum summa cautione, neque imprudentius quidquam inaniusque cogitari posse quam e duabus scripturis eam, quam minus comprobari posse constat, hac una sola de causa anteferre, quia libri eam meliores praebent. Denique etiam illud credo mihi concedes, vulgarem scripturam in Anabasi quidem nequaquam contemnendam esse eosque vehementer falli, qui illam prae libris istis melioribus plane nullius auctoritatis ac ponderis esse opinentur.

Quae quum ita sint, hanc ego quidem legem criticae in Anabasi factitandae, donec vel praestantiores huic libro codices inventi vel etiam qui exstant accuratius diligentiusque collati et explorati erunt, tenendam atque custodiendam esse arbitror, ut, ubicunque scriptura variet, vulgata, dummodo sana sit nec solum sententiae, verum etiam linguae legibus et Xenophontis consuetudini accommodata, prae uno alterove meliorum istorum codicum ne temere ac praepropere deseratur, ceteroquin autem melior quaeque scriptura et quae magis ab ipso scriptore profecta videatur, sive editi libri sive manu exarati horumque sive meliores sive deteriores illam exhibeant, recipiatur. Atque hanc ego legem mihi *Krügero* duce in edenda Anabasi praescripsi, quamquam me meliores istos codices, quos incertae perquam auctoritatis ac fidei esse cognoveram, caeco studio sequi dedignantem in scripturis dijudicandis aliquoties lapsum esse ingenue atque aperte fateor. Reliqui autem, qui Anabasin divulgarunt, orationem Xenophontis ad libros istos meliores severissime exigendam esse rati ita in hoc libro edendo versati sunt, ut quodammodo in omnes scripta esse videantur quae *Krügerus* Stud. historico-phil. II, p. 107 *Dindorfium* objurgans dicit: „Am häufigsten hat Herr D. deshalb gefehlt, weil er die Handschriften der Anabasis genauer kennen zu lernen sich nicht die Mühe gab. Er glaubte nemlich, es sei hinlänglich im Allgemeinen zu wißen, welche unter ihnen die beßeren, welche die schlechteren seien; und auf diese sehr leicht zu erwerbende Kenntnis hin unternahm er es eine neue Rezension der Anabasis zu gründen. Die Sache wäre auch recht gut gegangen, wenn die beßeren Handschriften dieses Werkes etwa ebenso vorzüglich wären, wie mehrere derjenigen, die wir vom Thukydides besitzen. Leider ist dies aber nicht der Fall. Denn auch die besten Handschriften der Anabasis sind voll von Fehlern aller Art. Statt auf diese zu merken und sich besonders bei oft gleichmäßig wiederkehrenden vor Aenderungen zu hüten, hat Herr D. an einer Menge von Stellen falsche Lesarten jener Manuskripte rüstig eingefälscht."

Dixi quae potui, non ut volui, sed ut me spatii angustiae coëgerunt. E quibus si apparere videatur me in oratione Xenophontis constituenda non temere ac sine consilio egisse, noli tamen existimare, Vir amicissime, me tuum hac de re judicium minoris facere atque despicere. Imo etiam atque etiam a te peto, ut, si tibi ea, quae a me disputata sunt, minus probabuntur, mox plenius atque uberius de critica in Anabasi factitanda ad me perscribas. Omnino sic velim tibi persuadeas, me haec non eo disseruisse, ut me verum vidisse demonstrarem, sed ut Xenophonti succurrerem. Neque si quem eorum, qui Anabasin ediderunt, his literis paulo gravius reprehendendum duxi, id alia de causa factum putaveris, quam ut Xenophontem ab his ejus amicis defenderem atque munirem, qui Xenophontis Anabasin edituri potius librarii alicujus docti atque ingeniosi Anabasin emittere ac divulgare viderentur [23]. Cura, ut valeas, et me, quem tui scis amantissimum esse, vicissim amare perge. Dabam Quedilinburgi die XXVIII Febr. a. MDCCCLIII.

---

illo libro utendum est, quippe doctas indoctasque grammaticorum manus non uno in loco experto." Sed hac de re alias.

[23]) V. annotationem 22 ad p. 13.

Schulnachrichten
über das Jahr von Ostern 1852 bis Ostern 1853.

I. Lehrverfassung.

A. Prima. (Ordinarius: Prof. Schumann.)

Im Lateinischen 8 Stunden und zwar 4 St. prosaische Lectüre: Cic. de natura deorum I, Tac. Ann. I. II.; 2 St. poetische Lectüre: Horat. Carm. II. III. u. Carmen saeculare, Sat. I. II mit Auswahl; 2 St. schriftliche Uebungen u. Recension der monatlichen Ausarbeitungen, der 14täglichen Exercitien und der wöchentlichen Extemporalien, die, in Prosa u. Versen abwechselnd, ebenfalls ohne Ausnahme zur Korrektur eingeliefert werden. Der Director. — Im Griechischen 6 Stunden u. zwar 2 St. prosaische Lectüre: Plat. Crit., Plat. Apol. Socr., Xenoph. Apol. Socr. und das entsprechende Schlußkapitel der Memorabilia Socr.; 2 St. poetische Lectüre: Hom. Il. IV. V. VI. VII; 2 St. schriftl. Uebungen u. Besprechung der wöchentl. Korrekturen. Der Director. — Im Hebräischen 2 Stunden: 1 Sam. 1—18, Psalm 1—8; schriftl. Uebungen im Uebersetzen u. Punktiren nebst Recension der Korrekturen. Oberlehrer Goßrau. — Im Französischen 2 Stunden: aus Ideler's Handbuch Thl. 3. die Abschnitte von Ampère, Salvandy, Larochfoucauld, Liancourt, Ligne, Bernardin de St. Pierre, Mirabeau, Desèze, Grégoire, Lacretelle u. Ségur d. Ä. Die deutschen Einleitungen Ideler's wurden immer theilweise übersetzt; außerdem alle 14 Tage Recension der korrigirten Thèmes nebst Schlußextemporalien. Prof. Ihlefeld. — Im Deutschen 2—3 St. Besprechung der monatlichen Ausarbeitungen; Uebung im Disponiren, im Deklamiren u. im freien Vortrage; Erklärung geeigneter Gedichte; Vortrag über das Wesen der Poesie u. Prosa, sowie auch über vaterländische Literaturgeschichte. Prof. Schumann. — In der Religion 2 Stunden. Sommerhalbjahr: Geschichte der christl. Kirche bis zur Mitte des 5. Jahrhunderts; Brief Pauli an die Philipper im Urtext gelesen u. erklärt. Winterhalbjahr: aus der Glaubenslehre die Abschnitte über die Offenbarung von Gottes Wesen u. Werken u. über die Sünde. Pastor Eichenberg. — In der Mathematik: 4 St. nach Matthias' Leitfaden: Logarithmen, Anwendung der Potenzrechnung auf Produkte aus Binomialfaktoren, das Newtonsche Theorem, Berechnung der Körper und deren Oberflächen; Uebung im Vortrage über einzelne Lehrsätze und Aufgaben. Prof. Schumann. — In der Physik 2 St.: Mathematische Geographie und das Wesentlichste aus der Astronomie. Derselbe. — In der philosophischen Propädeutik 1—2 St. Erfahrungsseelenlehre. Derselbe.

B. Secunda. (Ordinarius: Oberlehrer Goßrau.)

Im Lateinischen 10 Stunden und zwar 4 St Lectüre: Sallust. bell. Catil., Cic. in Milonem, Virg. Aen. IV—VI.; 2 St. Loci memoriales; 1 St. Grammatik; 1 St. Metrik; 1 St. Korrektur; 1 St. Extemporale. Oberlehrer Goßrau. — Im Griechischen 6 Stunden und zwar 2 St. prosaische Lectüre: Jacobs' Attica, die Stellen aus den Rednern, 1 St. Grammatik, 1 St. Korrektur und Extemporale. Oberlehrer Dr. Matthiä. Poetische Lectüre 2 St.: Hom Od. XIII. XIV. Prof. Ihlefeld. — Im Hebräischen 2 St. Einübung der Formenlehre, Lectüre in Gesenius Lesebuche, schriftliche Uebungen. Oberl. Goßrau. — Im Deutschen 2 St. Kurze Uebersicht über die Elementar- und Formenlehre nach den Ergebnissen der historischen Grammatik; das Wichtigste aus der Poetik; Besprechung der Aufsätze; Uebungen im mündlichen Vortrage. Oberl. Dr. Matthiä. — Im Französischen wurden aus Ideler's Handbuche Thl. 1. die Stücke aus Duclos, Vernet, Montesquieu und Buffon in 1 St. gelesen; in 1 St. Grammatik und Stylübungen. Prof. Ihlefeld. — In der Religion in 2 St. das Evangelium Matthäi im Urtext gelesen und erläutert. Past. Eichenberg. — In der Geschichte in 2 St. Griechische Geschichte. Oberl. Goßrau. — In der Geographie in 1 St.: S. Afrika, Amerika, Australien. W. Preußen. Derselbe. — In der Mathematik 4 St. nach Matthias' Leitfaden: Arithmetik, Abschnitt